

Andreas Daniel Habichhorst Johann Moritz Polz

**Servum Dei, Iustum, Per Notitiam Sui Multos Iustificantem, Dissertatione
Inaugurali Ad Oraculum Isaiae LIII, 11.**

Rostochii: Weplingius, 1696


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740913921>


Druck Freier  Zugang




RU theol. 20. Febr. 1696

Habichhorst, Andr. Dan. /a







78
SERVUM
DEI, JUSTUM,

PER
NOTITIAM SUI
MULTOS

274
JUSTIFICANTEM.

DISSERTATIONE INAUGURALI

AD ORACULUM JSAIÆ LIII, II.

EX DECRETO & PRÆSCRIPTO MAXIME REV. FCTIS THEOLOGICÆ
BREVITER DELINEATVM,

ⲓ ⲛ ⲟⲩⲛ
PRÆSIDE

UIRO Magnifico Maximèquè Reverendo,

DN. ANDR. DANIELE
HABICHHORSTIO,

S. TH. D. EJUS DEMQ; P. P. LONGE CELEBERRIMO, & CONSILIARIO DUC.
MECKLENB. CONSISTORIALI, COLLEGIQ; DN. PROFESS. DUCALIUM

UT ET VEN. FACULT. THEOL. SENIORE GRAVISSIMO,

ET AD HUNC ACTUM DECANO SPECTATISSIMO,

DN. FAUTORE AC PROMOTORE SUO MAXIME COLENDO,

PRO LICENTIA

GRADUM ET PRIVILEGIA IN THEOLOGIA RITE OBTINENDI,

ad d. XX. Febr. A. C. 1696. in Aud. Majori illustris ad Varnum Academia, horis ante- & pomerid.

PLACIDÆ VENTILATIONI ACADEMICÆ SVBMITTIT

M. JOH. MAURICIUS POLZIUS,

AD D. JOHANN. & S. SPIR. APVD ROSTOCH. PASTOR, & REV. MIN. SENIOR.

ROSTOCHII, TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR. 1696

SERVUM

DEI IUSTUM

NOTITIAM SUI

MULTOS

IUSTIFICANTEM

DISTRIBUTIONE IN ADVERSARIIS

AD DEUM OMNIPOTENTEM

ET DEUM OMNIPOTENTEM

DEUS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DANIEL

HABICHHORST

IN THE DEPARTMENT OF THEOLOGICAL STUDIES

AND THE DIVISION OF THE HISTORY OF THE CHURCH

AND THE DIVISION OF THE HISTORY OF THE CHURCH

AND THE DIVISION OF THE HISTORY OF THE CHURCH

THEO. LICENTIA

GRADUS ET DE THEOLOGIA IN THEOLOGIA RITE ET BENE

M. JOH. MAURITIIUS POLIUS

ROSTOCKIENSIS, CIVIS, THEOLOGUS

Q. F. F. Q. E. J. S. S. T. A.
ΠΡΟΑΥΔΙΟΝ.



um mihi, Deo sic providente, ex majorum
instituto, à Max. Reverenda Facultate
Theologica Dissertationem scribendi in-
auguralem facultas concederetur, varia,
in quæ fors calamus foret stringendus, a-
nimo obverlabantur. Jam SPHÆRA
Jobi COELESTIS, Hiob. 9. 9. modò CRUX
CHRISTI nostra corona; nunc, MA-
TERIA PRIMA Chaotica sese insinuabant. Sed svaden-
tibus aliis, AGNUS Ille OCCISUS; aliis, FILIUS DEI
EX ÆGYPTO VOCATUS, ex Hof. 11, 1. thematis tra-
ctandi loco erat assumendus. Verum enim verò aliud quid vi-
debatur Amplissimæ Facultati Theologicæ, quippe quæ una-
nimi suffragio ambigenti mihi, præcipuum aliquod totius S.
Scripturæ dictum, Aureolum illud, ex instructissimâ Isaiaë
Prophetæ, contra universam *είδολομανίαν ὀπισθήμην* (ut B. *Mat-
theus* caput Prophetæ LIII. vocare consuevit) desumptum,
versuque XI. expressum, injungebat; Cui quidem labori,
propter variarum tum diversitatem, tum amplitudinem
& dignitatem longè difficilimo, vix parem me cognovi; im-
primis quia tam angusto includor termino, in quo dignè satis
brevissimum quidem verbis, sed amplissimum rebus Oracu-
lum tractari nequit. Tantæ tamen auctoritati pro lege mihi
habendæ non ausus quid oggerere, pictorum amplecti arti-
ficium teneor, qui, cum in exiguâ tabellâ ingens hominum
exprimenda sit congeries, nonnullorum modò summa
ostendere capita, totum verò corpus abscondere solent: ita
& ego summa tantum rerum capita levissimè attingere,
& ex inexhausto illo Prophetici Oraculi fonte, si non aquam,
guttulam porrigere enitar. Interim veniam me apud
bonos piosque Lectores, angustum meditationis terminum
respicientes, impetraturum spero, si non omnia, quæ par
erat

erat methodo, copiâque & ornatu sint deducta; malis ve-
 rò aliquam sinistrè judicandi ansam, hoc præfamine præci-
 sum iri, confido. Ut verò in tractatione oraculi illius de
Servo Dei, Justo, per scientiam sui justificante, eò facilius
 perveniamus, quò tendimus, ordine nos certo incedere
 oportebit. Ideoque duas Disputationis hujus summas con-
 stituimus partes: quarum prior *Exegetica*, genuinum loci
sensum rimabitur; posterior verò *Practica*, salutarem ejus *usum*
 mirabitur. Quod dum aggredior, Deum T. O. M. in nomi-
 ne *Justi*, ejus *Servi*, qui nostra est *ἰκανότης*, pro felici cona-
 minis successu, devotè subjectèque imploro.

S. TEXTUS CUM VERSIONIBUS.

Isa. 53, 11.

ברעחו יצדיק צדיק עברי לרבים ועונתו הוא יסכה
 LXX.

πλάσσει (nim. βέλειται κύριος) τῆ σωέσει δικαίωσσι δικαι-
 ον, ἢ δαλεύοντι πολλοῖς, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. *Quo-
 rum verborum significationem statim subjungo: Dominus*
vult (ipsum) formare intelligentiâ (innocentem efficere
justum)justificare justum, benè servientem multis, & pec-
cata eorum ipse portabit.

Vulg. In scientiâ suâ justificabit ipse Justus servus meus
 multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

Luther. Und durch sein Erkântniß wird er mein Knecht/
 der Gerechte / viel gerecht machen/denn er trägt ihre Sünde.

Batav. Door syne Kennisse sal myn Knecht, de rechtveerdige, vele
 rechtveerdigh maken, Want hy sal hare Ongerechtigbeden dragen.

SECTIO I. EXEGETICA

indagans

genuinum dicti sensum.

§. 1.

Pro indagando hoc sensu omnium primò generatim prænota-
 re libet (1.) *Συνάφεια*. (2.) Dicentem & (3.) Dictum.
 (1.) *Συνάφεια*. *Connexionem* verò ostensurâ in totum Caput LIII.
Isaia

Isaia, imò & in caput III. oculos reflectere incumbit: siquidem quod in German. Versione unum est caput, id in fonte Ebr. partim ad Cap. 52, partim ad caput 53, spectat. Quod si ergo caput 52. juxta Ebræam partitionem inspiciamus, sanè deprehendimus, exhibere illud *Excitationem Spirituales Zionis*, ad resumendum spiritualement ornatum, hujusque excitationis subijci (1.) *rationes & causas impulsivas* à v. 1. ad 7. (2.) *Excitantes*, nuncios & speculatores à v. 7. ad 11. describi: denique (3.) adungi excitationis *finem*, qui est *exitus*, v. 11. hujusque exitus (a) *terminam* à quò & ad quem, (b) *Exeuntis* ipsos (γ) *Exitus modum* & (δ) *exitus Ducem & collectorem Deum Israël, Messiam* nominari v. 12. Et hic quidem caput. 52. in Germanicis Biblicis exire videmus. In seqq. vero adeoque in totò capite 53. Isaia, quod à v. 13. capitis 52, incipit, ille *egrediens Zionis Dux & Congregator Messias* describitur, qualis sit futurus, & quid de eò sperandum, & quidem verbis *Dei Patris*, cujus oratio non demum v. 13. incipit, (sicut communis fert opinio, quæ propterea verba v. 13. & seqq. sejungit à Cap. 52.) sed jam cap. 52. v. 4. 5. & 6. vel v. 11. incepta, in sequentibus v. 13. & seqq. continuatur. Ad stipulatur nobis Dn. D. Seb. Smid. in Comment. Isaian. h. l. p. 467. quoque per cujus vestigia in sequentibus nos duci ex parte patiemur. In hac autem Oratione Deus Pater *Ducem illum & Collectorem exeuntis illius Zionis*, nempe *Deum Israël, Messiam*, ut diximus, describit, qualis sit futurus; scilicet (I.) ab *Intelligentiâ*, quod *intelligenter* sit acturus v. 13. (II.) ab *Exaltatione* ibid. (III.) ab *Exinanitionis* statu. IV. à *Gloria* per *exaltationem* ipsi datâ. De duabus posterioribus prolixè agitur, ceu ex seq. tabula apparet.

(III.) Exinanitionis status declaratur

A. per effectum & consequens, quod est

(a) Scandalum apud Jhudæos v. 14.

(b) Regni gratiæ amplificatio ap. gentes v. 15.

(γ) Querela de scandalo instituta:

(1.) à quibus? ab Evangelizantibus v. 1.

(2.) de quibus? Jhudæis non credentibus &c. ibid.

B. per formam scil. servi v. 13. describitur a. Servitus vel exinanitio

(a) ab habitu Servi, partim comparatè, partim propriè v. 2.

(b) à passionibus, descriptis

(1.) Per contemptum maximum v. 3.

(2.) Per dolores v. 3.

(3.) Per cavillationes, vel iniquas & fallaces Jhudæorum argumentationes. Contemptus fuit, E. non æstimavimus ipsum v. 2. 3.

C. per

G Per causam veram & finem, qui est *satisfactio* pro peccatis nostris; per cuius vere exinanitionis causae ostensionem refellitur praecedens scandalum à Iudæis acceptum. In qua ostensione sistit

(a) Nostram miseriam, quae describitur

- (1.) Per peccati onus
- (2.) Per ejusdem poenas v. 4. 5.
- (3.) Per errores maximos v. 6.

[v. 8.]

(β) Miserae nostrae in servum Dei injectionem & imputationem
(γ) Ipsam pro miseria nostra satisfactionem & sacrificium v. 10.
à Servo Dei Messia praestitum

(1.) In summis doloribus: dicitur n. vir dolorum v. 3. 4. vulneratus, castigatus, mactatus, occisus, sepultus v. 5. 6. 7. 8. 9.

(2.) In summa obedientia & patientia v. 7.

(3.) In summa innocentia v. 9.

v. 4.]

(δ) Perversum Iudaeorum de passione hac satisfactoria iudicium.

(ε) Satisfactionis effectum, qui pax nostra & sanatio. v. 5.

IV. Gloria per exaltationem servo Dei data, quae describitur

(a) ab humilitatis & dolorum depositione, ibi: ex angustia & iudicio ereptus est v. 8.

(β) à Majestatis appositione: ibid.

(γ.) à fructuum operumque expositione, ut sunt

(1.) semen immortale v. 10.

(2.) Felix in omnibus successus v. 10.

(3.) Justificatio multorum v. 11. & hic locus est noster.

(4.) Spolia ampla & Hostium deletio &c.

Ex his igitur *Connexio* dicti hujus nostri cum praeced. abunde patet. Nectamen ingratus est metaphoricus iste nexus, quem Magnus hic *Varenius* docet: Prophetam scilicet totum Redemptionis Mysterium incomparabili compendio expressisse literis, partim *gris*, ubi agitur de peccatis Domino gloriae impositis: partim *rubris*, quando agitur de vulneribus & sanguine Salvatoris; partim *argens*, ubi designatur Messiae gloria & victoria, partim *candidis* ubi agit de Justificatione & remissione peccatorum. Conf. Comment. in Isai. part. 3. p. 356.

§. 2. *Dicens*

§. 7. *Dicens. Dicentem* sive *Oratorem ipsum*, qui verba facit tantisque justum hunc servum suum laudibus describit, & fructum passionis ejus satisfactoria revelat, si inquiremus, alium non invenimus, quam ipsum *Deum Patrem*, qui non hic demum v. 13. incipit loqui, sed oratio ejus jam cap. 52. v. 4. 5. & 6. item v. 11. incepit & v. 13. continuatur, uti paulò antè ostensum. In quo quidem omnes Christianos & Habraeos habemus nobiscum consentientes. Ecquis enim sive in cælo, sive in terrâ inventietur, cujus hic mereatur dici servus, nisi ipse Deus Pater? Ecquis in totâ hac rerum universitate potis est, huic justo suo servo præmium dividere inter multos, quod is qui hic loquitur servo suo promittit, v. 12. nisi ipse Deus pater? Hinc ple in tonat Zach. 3. 8. כִּי־הֲנִי מְבִיא אֶת־עַבְדִּי צִמְחָה. *quia ego adducens servum meum Germen.*

§. 3. *Dictum*: His præmissis ipsum aggredimur *Dictum*, sive *Oraculum* divinum, in quo considerandum occurrit 1. *Subiectum* quod est צִרִי עַבְדִּי i. e. *justus, Servus DEI* 2. *Predicatum*, ad quod reliqua spectant verba. In *Subiecto* quatuor contemplanda esse putamus (a) *Quis ille עַבְדִּי Servus;* (b) *quare nominetur עַבְדִּי Servus* (c) *cur vocetur עַבְדִּי Servus meus?* (d) *Cur appelletur צִרִי Justus?* Si cui (t.) placuerit quærere cum Illustrissimæ Ethiopum Reginae Candaces Dynasta: *Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc?* De se ipsò, an de aliò aliqvd? Actor. 8, 34. certè R. *Abarbanalem* habet hâc consentientem, dum suæ comentationi in Isai. Cap. 52. & 53. sequentia præmittit רָאִי לְרַעַת בְּתַח־לִּי הַרְבֵּי־וּמָם אִמְתָּה כְּוֹנֵנֶת הַנְּבוּאָה וְצִרִי עַבְדִּי מִי גִאֲמָרָה וְצִרִי i. e. *debet ante omnia in ipsò statim principio intentionem veram Prophetiæ cognoscere, scil. de quò illa loquatur, idq. non allegoricâ vel levi probatione, sed sensu literalì accuratiorè & verò: ac propriè inquirendum, an sententiæ correspondeant sensui literalì &c.* Judæus hic meritò circumspectè agit, cum nullibi tanta sententiarum sentina & lerna inter socios reperiat suos, quam circa LIII. capituli Isaiæ *Subiectum*, quod & nostri hujus loci *Subiectum* est. Nos vero ad quæstionem respondemus: apud Christianos quidem non esse adeo controversum, sed unanimum potius horrummet consensum ac fidem, hætenus esse, per *Servum illum DEI Justum non alium, quam ipsum Messiam Jesum Nazarenum, Salvatorem nostrum, quem Judæi crucifixerunt, esse intelli,*

telligendum; quemadmodum & ipse S. Philippus Diaconus id in curru *Tbesaurarii* Æthiopici exposuit Act. 8, 35. Id quod ipse etiam R. Abarbanel fatetur h. v. חכמי הנצרים פירשוהו על אותו האיש שתלו בירושלם בסוף בית שני שהיה לדעתם בן האלור. יתברך שנתגשם בבשן העלמה וגו' i. e. *Sapientes Christianorum exposuerunt hanc Prophetiam de Viro, qui suspensus est Hierosolymis in sine Templi secundi, & fuit juxta fidem illorum filius Dei benedicti incarnatus in utero virginis; ast Hugonem tamen Grorium inter Christianos summæ ceteroqvi dignationis atqve Eruditionis Virum, Anno currentis Seculi 45. hic Rostochii in itinere, quod Legatus is Sveciæ tum temporis susceperat, defunctum, à Christianis abire, & Judæorum castris se associare, statuendo, quod sensu literali hic non de Messia & Jesu Nazarenò, sed de Jeremia agatur, deprehendimus.*

§. 4. Inter Jhudæos enim fuisse olim, & adhucodiè reperiri de hâc quæstione tantum sententiarum divortium ac tantam animorum distractionem & contentionem, notum est adeo, ut sine injuriâ diceremus: Deum huic genti Spiritum vertiginis concessisse, ut quid credere debeant, ignorent. Distinguuntur vero sententiæ ipsorum in *graviore*s seu prægnantiores, quæ multum ponderis habere putantur; & *leviores*, quæ non tanti æstimantur momenti, & facilius eruuntur. Ad illas pertinent, qui explicant vel (I.) de ipsò *Prophetâ Isaiâ*; quod jam inde à primis N. T. rudimentis creditum à quibusdam fuisse, argumento esse videtur ipsius Æthiopici Eunuchi scrupulus Philippo detectus Act. 8. 34. vel (II.) de *Rege Josiâ*, quam explanationem sibi potissimum R. Abarbanel propriam vendicat (III.) de *Prophetâ Jeremia*, quæ est decantatissima, & Hugonèq; Grotiū ex Christianis cetera diximus promachum invenit. (IV.) de *quovis justo* ingenere (V.) de *populo Israeliticò*, inter Gentes præprimis Christianos afflictò, quæ etiam multos habet defensores (VI.) De ipsò *Messia* vetustiores plerique Bibliorum Expositores, inter quos ipse *Targum Jonathan* Chaldæus est laudandus, de quo ipse R. Abarbanel testimonium perhibet dicens: חכמי הנצרים פירשוהו על אותו האיש שתלו בירושלם בסוף בית שני שהיה לדעתם בן האלור. יתברך שנתגשם בבשן העלמה וגו' i. e. *Targum Jonathan exposuit varicinium de Messia venturò, nec alia mens just sapientum Antecessorum nostrorum, in multis expositionibus illorum, & vidi*

vidi expositionem quandam quam dedit R. Molche Nachmanides in hunc Prophetam, qui exposuit illum de Rege Messia. Deinceps recensentur minoris commatis Interpretes, qui explicant vel de Efra, vel de Zorobabele. Imò sunt, qui intellectum volunt de Abrahamo, de Angelis Ministris, R. Mosche Alschich dicitur ad Mo- sen applicasse. Alii, quos occultorum detector, è Judæo conver- sus Otto, Professor quondam Altorffensis in גלי רזיית recenset, librum Sanhedrin allegans c. 10, f. 126, de Ezechiâ.

§. 5. Quod si vero vel universis vel singulis hisce Judæorum sententiis oggerere vel pauca necesse foret, in volumen excre- scerent pagellæ. Ceterum cum ipsi nugarum Architecti senten- tias invicem suas oppugnent, armis sanè nostris opus hic non esse Magnus quondam Varenius judicabat. Cujus rei evidens exem- plum vel solus Rabbi Don Isaac Abarbenel præbet, quando ab una parte sententiam Saadia Gaonis, quæ est de Jeremiâ, impugnans, acrem se Antagonistam ostendit, nec ullum membra propheti- cum se in hoc textu videre posse fatetur, quod pro Jeremiâ faciat, illudque ipsum per inductionem singulorum prædicatorum probat. At verò quando ab altera Synagogæ veteris parte, quæ est de Messia, fecedit, ipse sibi velut audax facinus objicit, quod abire ausus sit ab illâ Veterum applicatione, & Majorum de Messia traditione, solâ ne- cessitate se excusans. Rursus suam de Servo hoc Justo sententiam pro- laturus pro populo Israelitico paginâ implet; mox tamen sibi non con- stans, mutatâ hac sententiâ de Rege Josia textum exponit. Sic apud citatum Occultorum detectorem in גלי רזיית frequenter le- gas Hebræos Doctores dissidentes. Jam invenias Rabbinum Elea- sarum Ben Asaria pro Messia facientem; mox huic obloquen- tem deprehendas Hillelem, & hunc iterum erroris accusatum abs R. Joseph Jugulent se proprio gladio Judæi, nisi tandem gloriam dent Servo Justo, Messia Optimo, quod precamur.

§. 6. Verum non adeo miror Apellas versipelles, umbras in um- bris delitescentes; at vero hominem face Evangelii prædicum, lu- mine Christiano coruscum, magnum illum Hugonem Grotium supra laudatum, post luculentissimum V. Synagogæ testimonium inferius laudandum, post ipsorum quoq; Evangelistarum & Apostolorum, ut & Philippi, ad Jesum Nazarenum hanc applicantium, interpretationem, post catholicum Ecclesiæ N. T. concentum, post omnium Chri-

B

stiano

Christianorum tam veterum quàm recentiorum Doctorum consensio-
nem, post tantam textus evidentiam, per ipsummet passionis, se-
pulturae & resurrectionis Christi complementum tantopere mani-
festatam illustratamque, tam putidum perversitatis plus quàm Juda-
icæ specimen orbi Christiano præbere, falsæ opinioni de Jeremia
lavendo, perquam indolescimus & indignamur.

S. 7. Nobis equidem qui Christo nomen non solo nomine
sed & sincero animo profiteamur, religioni sit, ullum alium quàm so-
lum Messiam eumq; Salvatorē nostrum J. C. in hoc dicto, imò in toto
capite, intelligere, nec Philippinæ explicationi (Act. 8. 35.) suffra-
gari. Quippe quod non in nostro natum ingenio proferimus, sed
prophetiæ certitudinē ex Propheta demonstramus. Dicant nobis, quis
cap. 49, v. 6. sit ille עבדך servus, de quo Dominus loquitur: **וַיֹּאמֶר נָקָל
מִחוּתָךְ לִי עֶבֶד לְהָקִים אֶת־שְׂכָמִי יַעֲקֹב וְגו'**
Pagninus: & dixit leve est, ut sis mihi servus, ad suscitandas tribus
Jacob, & ad reducendam desolatiōnem Israël: etiam dedi te in lucem genti-
um, ut sis salus mea ad extremum terræ. Dicant obsecro, quis ille
de quo dixerat c. 42, 1. Ecce servus meus, suscipiam eum, electus meus,
complacuit sibi in illō anima mea? Utrum Jeremias; An Isaias? Uti quidem
consensum Ecclesiæ Christianæ nihili habens Grotius opinatur,
an alius quis? certè erubescunt ita loqui. Nec velint. Nam ipse
R. Abarbanel adversus Salomonem insurgit & in conscientiā convi-
ctus Messiam esse contendit. Si vero ibi veritatem confes-
sus est Abarbanel, cur hīc deserit eam? cum ibi veluti digitō suō:
Ecce, huc monstravit Dominus. Stat igitur pro nobis, quicquid
ogganniant recentiores Judæi, firmo satis talō (1.) Cohærentia textus,
superius ostensa: nam Servus Dei v. 13. intelligenter acturus, exaltan-
dus, humiliandus, contemptus, imò & passus, mortuus, & sepultus
juxta hoc c. 53. idem est Dux & Congregator Israelis jussu DEI ex-
euntis, qui proximè præcedente v. 12. vocatur Dominus Israelis,
qui non nisi Messias est & passim apud Isaiam Deus & Dominus
audit, Isai 45, 22. seqq. (2.) Clarus Τεκμηρίων sive predicatorum in
Christo concurrentium & per totum caput sparsorum effectus (3.) Fir-
mitas veteris S. Ecclesiæ Judaicæ fidei consensus (4.) Apostolorum
& Evangelistarum consonans Chorus. (5.) Jonathan Chaldeus,
qui expressè vertit: **הָאֵל יֵצֵא עִבְדֵי מִשׁוּחָא**. Quod cum luce meridi-
anā

anā clarus appareat, intrepidi concludimus, in hoc dictō nul-
lum nisi ipsum Messiam, verum, & quidem Dominum & Salvatorem
nostrum Jesum Nazarenum, & quidem non mysticè vel typicè, sed
in sensu literali esse intelligendum.

§. 8. Post primam quæstionem satis jam, ut opinamur,
ventilatam, quis per *servum Dei* hic intelligatur? jam (2.) paucis con-
siderandum, cur vocetur עבֵר *servus*? ubi, non attentā vocabuli in
aliis linguis significatione aut derivatione, an *servus* dicatur à ser-
vando, uti Becmanno visum, sive quod servet ac liberet, sive quod
servet & custodiat; an עֶבֶר, quò collimant LXX. in hoc dictō,
nominantes ipsum εὐδελύοντα πολλοῖς; (quā phrasi, licet in ver-
tendo LXX. grandem commiserint errorem; analogiam tamen fi-
dei non violasse arbitramur, quin, ea ipsa ansam nobis dedere,
paulò intentius in *servorum* veterum genera inquirendi, & illā
ipsā occasione hunc Dei *servum* inter καλλικυρίαις, quales Heris
suis acceptos habebant olim Syracusani, quoad nomen, recentendi) an
θεράπων, an Syris עבֵרָא seu משמשן vocetur! Nos originali inhæ-
rentes textui, עבֵר, ut plurimum hominem infimæ notæ, seu vilis
& abjectæ conditionis, qui vel aliis se subjicit & ministrat, vel opus
servile peragit, significare arbitramur, à Radice עבֵר servivit,
ministravit, operatus est, fecit. (qua ratione filius Chami illuoris
Canaan, à Noā prædicitur futurus עבֵר-עבֵר-עבֵר servus servorum
i. e. vilissimus Gen. IX, 25, ut adeo Pontifex Rom. nominando se
servum servorum à genuinā Ebrææ phraseos significatione aberrer)
Cum ergo Messiam vocari עבֵר deprehendimus, eò ipsò Ejus no-
tari *humilitatem*, *fidelitatem*, & *sedulitatem* autumamus. Humilita-
tem in subjiciendo; fidelitatem in serviendō; sedulitatem in redi-
mendo. Quod ipsum is declaravit statu Exinanitionis, præcedenti-
bus cap. LIII. verbis descripto, juxta quem contemptus, dolores
passus, vulneratus, castigatus, mactatus, angustatus &c dicitur: sive
quem in summo contemptu, in summis doloribus, in summā obe-
dientiā & patientiā, perverso Judæorum judicio obnoxius, sustine-
re Messias Deus Israel voluit. De quo Exinanitionis statu infra.

§. 9. Ceterum quia nomen עבֵר non est nomen φύσεως
i. naturæ; (quanquam Christus quoad humanam tantum naturam
sit servus, juxta quam ille formam servi assumpsit) sed ἐν τῶν πρὸς ἡ,

B:

uti

uti *Damasenus* monet lib. 3. de Orth. F. c. 21. f. 260. & respectum ha-
 beat ad eum cuius est servus, hinc porrò jam (3) quæritur, *cujus sit*
Messias Servus? Deus Pater hic respondet suffixo י in voce עבדו i. e.
Servus meus. Est igitur Messias Servus Dei, & parvus iste apex י aper-
 rit nobis copiosissimum gratiæ & misericordiæ diviniæ fontem; si-
 quidem causam Justificationis nostræ principalem, nimirum Grati-
 am Dei, ostendit. Periiissemus sanè nisi DEUS charissimum no-
 bis servum hunc suum ex gratiâ tradidisset atqve ita ostendisset
 πον Ἰωερβάλλοντα πλεον τῆς χάριτος αὐτῆ ἐν χριστῷ, ἐφ' ἡμᾶς, ἐν
 χριστῷ Ἰησοῦ. Ephes. 2, 7. Tribuitur quidem hoc nomen *Servi Dei* etiam
 creaturis Ps. 119, 91. *Viris, qui munus aliquod publicum administrant*,
 ut: Nebuchadretsari, Jerem. 25, 9. Eliakim, Isaia 22, 20. Abrahamo
 Gen. 26, 24. Mosi Num. 12, 8. Josuæ c. 24, 29. Davidi 1. Reg. 14. 8. & c.
 imò & *Angelis* Job. 4, 18. Sed Messia id modò longè excellen-
 tiori, convenit: Ille enim est עבדו צדקו *Servus meus germen*
 Sach. 3. 8. & quidem צדקו צמח *germen Justum*, Jerem. 23. 5.
 נפש י עבדו אהבתו כו בחידי רצתו נפשי *Servus meus*
innitatur ei, Electus meus (in quo) complacuit anima mea. Dicitur Servus
 Dei, ratione hominum, quorum & mediator: quatenus in procurandâ
 & promerenda salute hominibus servivisse dicitur, ut ipse ait Matth.
 20, 27. *Filius hominis non venit, ut serviatur ipsi, sed ut serviat & det ani-*
am suam pretium pro multis. Nimirum servivit pro salute nostrâ
 activè & passivè. (1.) *Activè*, legi se subjiendo eamqve perfectè
 pro nobis implendo Gal. 4, 4. 5. (2.) *Passivè*, pro nobis in passione
 & cruce satisfaciendo Phil. 2, 8. & quidem κερδοδελικῶς *Dominicè*
 serviliter. Non enim isthoc servitio tollitur propria & principa-
 lis salutis efficientia; nec per ministerium illud modus causandi,
 sed finis incarnationis denotatur, ut adeo cum *Thomâ de Aquino* er-
 rent, qui cum eodem statuunt, *Christum esse causam justificationis*
nostræ per ministerium, & instrumentaliter tantum operari hominum
salutem. Non tamen illa servitute, quæ juxta humanam naturam
 Christo competit quamq; officio is mediatoris exercuit, divina ejus
 natura læditur: neq; enim hæc servivit in humilitate, sed ὑποστατικῶς
 servilem humanitatis humilitatem sibi propriam fecit, quomodo
 alibi *Deus sanguine proprio Ecclesiam redemisse suam* perhibetur Act.

20. Quod

20. Quod vero non infidelis neque injustus fuerit hic servus, ex seq. speciali cognomine parebit.

§. 10. Siquidem speciali cognomine צדיק i. e. Justi, gaudet, quod Deus Pater ipsi hoc loco tribuit, quia solus absolutè *justus* est, utpote alienus ab omni Injustitiâ & peccato & peccatoribus: Unde & in præcedenti v. 9. de ipso prædicatur: לֹא עָשָׂה חַסְדִּים non fecit iniquitatem. Dicitur vero atq; est Justus hic & Ebr. 7, 26. Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, non tantum ratione *Justitiæ essentialis* quoad divinam ejus naturam; sed & ratione *Justitiæ habitualis* s. inhæsitivæ, quam juxta humanam habet naturam, juxta quam ab omnibus Is peccatoribus est separatus: quin & ratione *Justitiæ satisfactoriæ*, juxta quam nostræ salutis causâ Deo Patri suo servivit, in eaque servitute fidelis & Justus planè deprehensus fuit. Et sane si justus non fuisset, justificare nos haut potuisset. Hinc dicitur semel passus fuisse *δικαιῶν* ὑπὲρ ἀδικῶν i. e. *Justus pro Injustis*, 1. Petr. 3, 18. Hinc & idem Petrus ad Jhudæos dicit: quod *abnegaverint Sanctum & Justum* Act. 3, 14. Conf. Act. 7, 25. propterea etiam nuncupatur *Jehova Justitiæ nostræ*, Jer. 23, 6. Inde patet non otiosè hanc vocem צדיק esse adjectam vel potius præmissam voci עבד i. e. *servus meus*, adeoque non tam adjectivè quam substantivè per appositionem positam: siquidem Adjectiva insequi sua solent substantiva: hinc & per appositionem expressit Lutherus: *Mein Knecht der Gerechte*; vel potius juxta fontem dicere debuisset: *Der Gerechte / mein Knecht*. Ceterum qui vocem hanc צדיק s. Justus, h. l. in casu Accusativo accipiunt, contra Hebraicam indolem & veritatem agunt: in quo quidem peccarunt Chaldaus: ita enim habet: hic *in sapientia justificabit justos, ut subjiciat multos legi* (quem propterea etiam Jhudæi, licet aliàs magnifaciant, non sequuntur) & LXX, qui sic habent: *justificare justum benè servientem multis*, & præterea Accentologiam, imprimis auctoritatem τῷ Sakephkatoni, Regis majoris subdistingtivi in voce ישבע &c. neglexerunt.

§. 11. Ponderato hætenus Subjecto convertimus nos ad *Prædicatum*, quod ἀκρόπολιν fidei Christianæ continet, nempe δικαιοσύνη ἐν δαλογισίᾳ h. e. *Justificationem per notitiam Christi Servi Dei*, pec-

causa nostra portantis: cuius designatur hic 1. *Actus* [i. ipsa formalis causa in voce יצריק justificabit (hactenus efficientem vidimus) 2. Medium f. causa organica in voce ברעתו per cognitionem sui. 3. Objectum in voce ררכים multos. 4. causa meritoria in reliquis: וזכותה הוא יסכל & peccata ipsorum ipse portabit. Tam clarè omnia, ut Solis scripta radiis videantur.

§. 12. *Causa formalis* Justificationis deducitur ex significato verbi justificandi יצריק i. e. justificabit, quod est à Rad. צרק quæ in Conjugat. Kal. intransitivè significat, *justus fuit*; in Conjugatione autem Hiphil, quæ hoc loco obtinet, transitivè justificavit, *justum fecit, justum pronuntiavit, à peccatis absolvit*. Quod Græci per δικαιῶν vel δικαιῶσαι exprimunt. Equidem variis vox significatis subjacet, inter quæ tamè quatuor potiora huic applicari loco siveverunt. (1. sumitur pro informatione, ut Cornelio à Lap. & Sanctio Jesuitis, & R. Abarbaneli & Dav. Kimchio Judæis placet, ut idem sit, quod docendo viam aperire ad Justitiam, quæ ratione quis justus esse possit. Quod certo quidem respectu haud absolum; nimis tamen imbecille est, nec sensum dicti exhaurit: cum cuivis verbi divini Ministro hoc διδασκῶν, imò Legi ipsi tribuatur, quod docere possit, quomodo quis justus evadere debeat: quin &, quod justificet, regeneret, salvet. Unde etiam Salvatores in Scripturis dicuntur. (2.) Pro infusione habitus justitiae, ut Pontificii accipiunt, & cum illis H. Grotius, de qua inferius. (3.) De correctione & justitia, quæ fit exemplo & institutione, quam ut maximè propriam verbis יצריק & Græci δικαιῶν significationem vendicat H. Grotius in h. l. quem ea propter acriter notat D. Calovius in Bibl illustr. quod illustrissimam Prophetæ sententiam tenebrosos glossematibus suis, commentitioque significato obfuscare nitatur, cum de sola correctione vel doctrina nuspium illa vox usurpetur. Denique 4. in significatione forensis actionis, Judicis & judicii, quæ juxta constantem S. Scripturæ usum & juxta communem Theologorum nostratium sententiam in Articulo de Justificatione hominis peccatoris coram Deo obtinet, notans absolutionem in judicio, quæ homo criminis in simulatus, voce judicis, quando legibus sive propria sive aliena justitia satisfecit, ut puniri nequeat, ab intentato crimine absolvitur & justus reputatur q. d. servus meus non tantum mecum & cum Spiritu S. ut unus nobiscum Deus, Justitiae

justificationis actum efficienter peraget, sed & per justitiam suam, quam portando peccata s. satisfaciendo pro illis, acquisivit, quæque homini per fidem imputatur, meritorie faciet, ut coram Deo tanquam justus absolvatur. Quod vero talis significatio etiam h.l. obtineat, infra ad usum ostendetur.

S. 13. Interim sine mora progredimur ad vocem כרעתו quæ causam justificationis organicam hic designat. Hanc Vulgatus & alii quidam respectu suffixi i explicant active: in scientia sua, idque vel de doctrinâ Evangelii de Christo, qua vera fides in Ecclesiâ propagatur: vel de divinâ & admirabili Sapientia Christi cum Targum Jonathanis (qui habet ברוכמתיה) qua vitam justificandi invenit, & opus justificationis nostræ administrat. Licet autem verum sit, doctrinam Christi ad justificationem facere, & Christum divina gaudere scientiâ & sapientiâ, eâque justificandos cognoscere, in illaque scientia & sapientia justificationis nostræ viam invenisse & ejusdem opus administrare; quia tamen hoc ipsum Christo Servatori peculiariter non competit, sed Deo Patri & Spiritui S. commune est, prætereaque non omnes, qui docentur, justificantur, nec Christi doctrinâ & scientia nos proxime justificat, sed justitia ejus causa est, cur justificemur: siquidem & eam ob causam diserte hic dicitur: ויצריק צדיק i. e. *justificabitur justus*; hinc melius esse judicamus, vocem רעתו passive exponi quàm active, adeoque rectius reddi communiter à nostratibus Theologis: *per scientiam sui vel cognitionem sui*. Suffragantur hic ferè Calviniani; Conf. Calvinii Comment. in Isai. h. l. p. 612. Neq; Jesuita Sanctius Vulgatum hic suum defendit, sed passive etiam vocem accipi posse contendit, in Comment. Isai. h. l. p. 563. Hac enim versione justificandi ratio clarius patet, organum; justificationis disertius, ceu in parallelis scripturarum locis fieri videmus, exprimitur. Deinde & justificationis actus scientiæ Christi h. l. tribuitur: Jam vero non per scientiam Christi, qua ille nos cognoscit; sed qua ille abs nobis cognoscitur, justificamur. Medium enim obtinendæ justitiæ non est alia, quàm Christi cognitio; hæc autem est fides. Præterea R. David Kimchi de Affixis Regul. m. reliquit: כי הכנויים בשמות יפלו על הפעל ועל הפעול, quod *Affixa in Nominibus cadant tam super activam quàm passivam significationem*: cujus rei plurima quoque exempla affert. Pro passiva vocis
accepti-

ceptione militant, præter jam adducta, etiam parallela Scripturæ S. loca e. gr. Joh. 17, 3. *Hæc est vita æterna, ut te, & quem misisti Jesum Christum, cognoscant.* Confer. Luc. 1, 17. 1. Joh. 4, 2. Jer. 9, 23. &c. Hæc vero cognitio non est simplex contemplatio, sed connotat affectum fiduciæ: prout verba notitiæ plerumque, more Ebræis usitato, illum connotare solent: adeoque non notat notitiam merè theoreticam, sed practicam, uti ex Paulinâ explicatione, in propriâ sede hujus Doctrinæ de Justificatione constat, Rom. 3, 24. seqq. Quando igitur *Christus per scientiam sui homines justificat*, ita illos *impeiret, per Verbi prædicationem illis donet, faciat cum fide in judicio apparere, & fidei meritum suum donet, fidemq; & in hæc meritum suum apprehensum respiciens, eos actu justificet.* Hactenus ille. Non enim omnes actu & indifferenter justificat, sed tantum credentes; quamvis officium ejus pro omnibus justificationem intendat, uti ex seqq. elucescet.

§. 14. Pergimus ergo ad considerationem (3.) scilicet *Objecti* justificationis, quod sequens in textu vox לרבים demonstrat, cum dicitur: *per cognitionem sui justus servus meus justificabit MULTOS*, uti Vulgatus reddit. Hic duo disputantur: 1. *quomodo particula ל sit reddenda?* an juxta communem & frequentissimam ejus significationem per Dativum: *multis* h. e. in commodum multorum; An verò per Accusativum: *multos*? Sanè enim hac particula Targum quoque Jonathan videtur nonnihil turbatus, ut vocem לרבים non cum verbo יצריך i. e. *justificabit*, construxerit, cum alibi verbum hoc cum ל non construatur; sed ita reddiderit locum: *in sapientiâ suâ justificabit justos, ut subjiciat multos legi.* Dn. D. Smidius priorem sententiam præfert, & non tantum posteriori sententiæ objicit, quod, licet bonum faciant sensum, qui per Accusativum reddunt, vix tamen clarum habeant exemplum, in quò ל nota sit Accusativi: sed & pro Dativo & defensione sensus dicit, quod sit ל *commodi* q. d. *justificabit per scientiam sui multos* h. e. *in commodum multorum, sive ita, ut in commodum cedat multorum, qui hæc notitiâ justificentur; sed tamen hoc addit: si mavelis, erit lamed specificationis q. d. justificabit per scientiam sui, ita ut hæc justificatio ad multos pertineat.* Nos verò cum plurimis tum Ebræis, tum Christianis, Theologis præci-

præcipuè nostris, Luthero aliisque, particulam ל hic reddere malum
 per, Accusativum, cum ita sensus evadat clarior, neq; exemplum mo-
 dò, sed exempla sunt in promptu, in quibus ל quoq; accusativum cla-
 rè satis designat: quis enim sequentia scripturarum exempla neget
 clarè satis probare, quod ל quandoque etiam Accusativum no-
 ret? Quid clarius loco. 2. Sam. 3. 30 nonne ibi ל in voce לֹאֲכַנְרִי designat Ac-
 cusativum, cum dicitur: Joab & Abisai frater ejus occiderunt Abnerum? quis
 dubitaret de loco Jerem. 40. 2. & recepit Præfectus satellitum לִירְמְיָהוּ
 i. e. Jeremiam. Exempla hæc suppeditat nobis Glassius in Philolog.
 Sacr. l. 4. Tr. 1. Observ. 6. ubi & addit seqq. Hof. 1, 6. Thren. 4. 5.
 Pl. 69. 6. & Psalm. 104. 32. quamvis in posteriori loco: *Qui intrue-
 cur terram*, ל לְאֶרֶץ per præpositionem *in* (quæ primaria ejus
 significatio est) interpretari possumus. Ceterum quaeritur jam
 (2.) *Quinam illi sint רַבִּים* s. multi, quos servus DEI justificat? Muscu-
 lus quidem Calvinianus in Comm. Isai. h. l. p. 62. hypotheses respiciens
 suas, cum Sociis per multos intelligit Electos, cum ita ad h. l. commen-
 tatur: *Non dicit Is. aëlitas, non dicit Genes, non omnes; sed multos. In-
 telligit eos, qui gratiam non respiciunt, sed cupidè amplectuntur. Atque
 illi non sunt alii quam electi, & electi sunt pauci, secundum ipsius justifica-
 toris sententiam, dicentis: Multi sunt vocati, pauci electi.* Quam falsum
 verò sit quod dicitur, non nisi electos, quos credentes vocant, justifi-
 cari, vel inde patet, quod hic dicatur, per cognitionem sui Christum
 justificare? Qui ergo Christum fiducialiter cognoscit, ille justificat-
 ur; atqui non tantum electi i. e. finaliter credentes, sed omnes
 renati, licet non electi, fiducialiter cognoscunt Christum. Ergo
 &c. Licet verò illi credentes non sint omnes omnino homines:
 quia non omnes in Christum credunt, ut propterea nostratum
 nonnulli, vocem רַבִּים s. multos, de eventu apud homines interpreten-
 tur, adeoque rò multos opponant omnibus, ut רַבִּים sint, qui in
 Christum credunt: quomodo Gerhardus loc. de Justif. c. 1. §. 13. ex-
 pressè multos exponit, per quos quos in ipsum credunt; Videtur ta-
 men per multos hic intelligendos esse omnes, quorum peccata ju-
 stus ille Servus Dei portavit: quia statim hic additur: *& peccata
 illorum ipse portabit*, illorum scil. multorum. Quia vero omni-
 um omnino hominum, etiam impiorum, peccata Christus porta-
 vit, sicut & disertè dicitur ap. Isaiam nostrum hoc capite, & præ-
 ced.

C

ced.

eed. quidem v. 6. *incurrere fecit Deus in ipsum peccata* כלנו *omnium* אֵם-
 frum: hinc etiam cum Dn. D. Smidio malumus illud רבים esse am-
 pliativum, ita ut Propheta hic non loquatur de eventu quoad homi-
 nes, sed de Officio Christi ejusque sine, quod ad omnes omnino homi-
 nes attinet, atque id intendit, ut per scientiam sui, vel per fidem in
 Christum omnes justificentur, quam multi etiam vixerint, vivant
 & unquam sint victuri: Ex quibus verò quod non omnes planè
 in actu Judiciali justificentur, id non Christi sed hominum culpà
 fieri novimus, qui agnoscere Christum fiducialiter nolunt. Quam
 latè ergo patet justificationis meritum s. *causa meritoria*, tam latè
 etiam patet justificationis Objectum, quatenus ab officio Christi
 mediatorio intentum.

§. 16. Sed de *causa* justificationis *meritoria* jam (4.) circa præ-
 dicatum ex reliquis Loci verbis disquirendum, quæ sic habent:
 וְעֹנֶתָם הוּא יִסְבֵּל & *peccata illorum ipse portabit*. Hic multa
 essent notanda (1.) de particula in voce וְעֹנֶתָם & *peccata ipsorum*
 (2.) De ipsa voce עָוֶן *peccatum* (3.) De pronomine הוּא *ipse* (4.) De
 verbo יִסְבֵּל *portabit*; nisi vela nobis paulatim forent contrahenda, at-
 que Ullus loci portusque brevi respiciendus. Contrahemus ergo
 notanda. Et 1. quidem de particula וְ (quam Lutherus reddit *causa-*
liter: Denn Er trägt ihre Sünde) notum est, quod primaria quidem
 & frequentissima ejus significatio sit copulativa & adversativa, ade-
 oque reddenda per & *sed*; interdum tamen etiam textu id requi-
 rente *causaliter* reddi queat per *nam*: quomodo Lutherus illam hic
 & Gen. 14. 12. c. 20. 3. vertit וְהוּא דֵּןֶנּוּ דֵּןֶנּוּ Denn er wohnete zu Sodom. Denn sie ist
 eines Mannes Weib. Licet verò Pontificii hac observatione abu-
 tantur in historià Melchisedeci Gen. 14. 18. dum Vulgatus perperam
 eandem particulam in voce וְהוּא *causaliter* reddit: *erat enim Sacer-*
dos Dei Altissimi, ceu pluribus deduxit Dn. Præses in Dispp. suis de Mel-
 chisedecò Disp. V. m. i Artic. 1. hic tamen commodè redditur *causa-*
liter, quia Deus his verbis posterioribus causam reddit Justificati-
 onis multorum per fidem in Christum, quia scilicet portando pec-
 cata illorum pro illis satisfecit & justitiam, quæ per fidem illis
 imputatur, passione suâ acquisivit. (2) Vox עָוֶן significat *Iniquitatem*,
pravaricationem, perversitatem, à Rad. עוּר proprie *incurvari, curvum esse*:
 hinc declinationem à recto vox illa significaret, quod vel ex Niphal
 patet

patet. Conf. Isai 21. 3. Pl. 38, 7. Ad animum verò vel actiones translatum, est iniquè vel perverse agere, Esth. 1, 16. Dan. 9, 5. & sic dicitur non tantum de peccato orig. sed & actuali, imò & iniquitatis poenam innuit 2. Reg. 7. 9. Proinde nihil obstat, quo minus hic Christus portasse peccata tam originalia quam actualia, & illorum poenas dicatur. (3) Pronomen: הוּא emphaticè hic interpositum esse nemo Ebraicè doctus negabit; omitti enim citra jacturam constructionis potuisset, cum jam verbum sequens יִסְבֵּל portabit, quod est tertiæ personæ masculinæ, illud ipse includat. Similiter & præcedente v. 4. legitur נִשְׂא הוּא Ipse tulit. Ubi eleganter Wellerus annotavit, videri hoc ipso vocabulo respici ad πρὸς τὸ εὐαγγέλιον Gen. 3, 15. הוּא יִשָּׂא ille conteret. Esse etiam, qui velint divinitatem Messie ex hoc pronom. הוּא probare, quorum quidem labores ut maximè operè probat (cui enim Christiano & Christi Amatori de Christo piè dicta non arriderent?) ita tamen ut adversariis in acie opponi ex nudo hoc vocabulo argumenta non posse censeat p. 13. trahat. R. Kimchi in Psalm. 105. 7. recenset quinque הוּא quæ in malam, & quinque quæ in bonam partem trahantur: quod adeo non arridet, ut plura dari multis probari possit exemplis. Hoc tantum notamus, quod de Deo usurpatum immutabilitatem propriæ nec non constantiam in promissis notet. Pl. 102, 28. הוּא הוּא הוּא tu ipse, quod statim declaratur, & anni tui non consumentur.

§. 17. Tandem (4) circa vocem יִסְבֵּל portabit, bajulabit, (quæ est à Rad. סבל onus quoddam humeris impositum bajulavit, tulit, sustinuit) annotat B. D. Calovius in Bibliis illustratis, quod quoties bajulare ponitur cum nomine peccati aut iniquitatis, id in omni lingua & maxime in Ebraïmo significet panas ferre. נִשְׂא quidem interdum significare auferre, סבל autem nunquam. Certè נִשְׂא quod supra v. 4. occurrit, si quod aliud verbum Ebraicum, latissime patet. Propriè onus in humeros tollere s. suscipere, & magis motum, quam quietem significat. Hinc Mercerus in אֵצֶר לְשׁוֹן הַקֶּדֶשׁ Santis Pagnini, octo significata hujus verbi fuisse recenset; sed סבל proprie significat portare, & onus jam susceptum gestare: prout Græcum βαρύνει Luc. 7. 14. c. 14, 17. Act. 15. 10. Gal. 6. 5. Verbò: Illud notat actum tollendi; hoc gestationem ipsam. Quæ duo Cicero conjunxit: plus oneris sustuli quam ferre me posse intelligo. Ut adeo sensus verborum sit iste: Grave quidem & lethale est vulnus, quod Diabolus no-

bis per lapsum Evæ Adamiqve infligit, ex quo haud leviter dolemus, quia
 iusto Dei iudicio æternis cruciatibus adjudicati sumus; at vero **Nÿÿ**
ipse, mulieris semen, certò certius hos cruciatibus à nobis in se transferet;
 ipse humeros inclinabit, & dolores nostros instar bajuli humeris imposi-
 tos, non tantum patienti portabit animò, sed etiam pœnas pro nobis su-
 stinebit, læsæ Dei iustitiæ satisfactorus. Conf. *Wellerus*. Neque obstat
 quod hæc *portatio iniquitatis* post Resurrectionem hic poni videatur. Glo-
 riæ enim Christi Deus pater opponit antecedentes passiones, & effectu
 posito causam reddit. Quam enim quisquis rem amat, ejus memoriam
 frequentat. His ita pro genuinò dicti hujus *sensu* deductis, jam ad saluta-
 rem ejus *usum* nos convertemus.

SECTIO II. PRACTICA.

evolvens

Salutarem Oraculi usum,

Qui est I. DIDACTICO-ELENTICUS,

et conspicitur I. in Artic. de JUSTIFI-

CATIONE, & exhibet

CONSECTARIUM I.

Verbum justificandi in hoc Articulò non physicam sed
 forensam habet significationem adeoq; non significat Ju-
 stitiam alicui infundere in hæsiivam, sed justum pronuncare.

Patet hoc tum ex loco nostro, tum ex contextu, s. collatione v. 5. 6. 7.
 10. & seqq. Nam 1. dicimur hic justificari *per cognitionem Christi*, i. e. per
fidem, quæ alienam apprehendit justitiam, per quam nos qui injusti su-
 mus, justis reputamur, & in iudiciò Divinò absolvimur, 2. Illos hic justi-
 ficare Christus perhibetur, *quorum iniquitates portavit* (5) jam vero ut ali-
 quis in hæsiivè justificetur, non opus est ut alius pro illo satisfaciat. Qui
 verò ita justificatur, ut alius peccata injusti & justificandi in se suscipiat, pro
 illoq; sic satisfaciat, ille judicialiter per absolutionem justificatur, non in hæ-
 siivè per novam qualitatum infusionem. Præterea 3. Locus cum contextu
 collatus ferè omnia quæ ad actionem forensam pertinent, præsentat. Sunt n.
 hic (1) *Rei*, qui non innuuntur voce צדיק *Justus*, quod tamen LXX. in
 mente videntur habuisse, dū voces צדיק צדיק perperâ verterunt: δικαιο-
 συναι δίκαιοι, *justificare justum*; siquidem hac voce צדיק Subjectum non Objec-
 tum, i. e. Justificans; non justificatus, indigitatur, ut in Exegesi declaravimus;
 sed par-

partim nomine רבים *multi*, si terminum à quo respexerimus; partim suffixo
 ם-illorum, in voce ועונתם *peccata illorū*. Horum quoq; Reorum mentio-
 nem facit *conexus*, qui habet v. 6. כצאן תעינו *omnes nos can-*
quam ovis erravimus v. 12. פשעים *Præparatores*. (2) *Debitor*, in textu
 עונתו *iniquitates, ἀνομιαι*: in contextu מלאכותינו *languores &*
dolores, פשעים, חטאים, *peccata, prævaricationes*, imo מרמה & *injuriam*
 & *dolus* (3) *Accusatrix* conscientia & propria confessio, quæ loco centum
 est testium, & affixis hinc insinuat *עונתם* *συμμαρτυρησας* *ἐν* *τῶν* *ἰησ*
σουειδησας Rom. II, 15. In contextu v. 4. verè *languores nostros*, ipse tulit
 & *dolores nostros* ipse portavit. v. 5. Ipse autem vulneratus est propter
 iniquitates *nostras* (4) *Judex* seu causa physica est ipse צדיק *justus*,
 quippe cui omne iudicium datum est, qui propterea totum exercet actum.
Brachium Domini v. 1. h. c. in cuius manu voluntas Jehovæ prosperatur
 v. 10, quod Paulus agnoscit. Cor. 4, 4. *ὁ ἀναγκάων με κύριος* *ἐστίν*. 2. Tim. 4, 8.
 ὁ δίκαιος *κατ' ἑαυτοῦ*, *sapienter agens* v. 13, (5) *Advocatus* ille ipse עבד *ser-*
vus meus seu אלהים *עבד* cuius epitheta varia in contextu. *Ἀπόβ*
ἰλασμοῦ 1. Joh. 2, 2. ipse est orator pro prævaricatoribus v. 12. (6) *Com-*
pensatio, λύτρον, satisfactio, est *bazulatio peccatorum nostrorum*, per-
 pectio languorum & dolorum, percussio, vulneratio &c. quia Jehovæ
 coniecit in illum iniquitates omnium nostrum v. 6. (7) *Acceptio*, quæ fit
 per fidem בדעתו *infscientia sui* (8) *Judicium*, cuius expressa fit mentio v. 8.
 חק ומשפט *de carcere (de clausurâ) & de iudicio sublatus*
 est (9) *Decretoria sententia*: יצדיק *justificabit*, iustum pronuntiabit.
 Sic *asperget multas gentes* v. 15. c. 12. Quæ omnia satis actum iudiciale
 arguunt. Quodcumque ergo vocabulum notat ejusmodi actum iudicia-
 lem, in quo illa omnia, quæ jam recensuimus, occurrunt, illud habet si-
 gnificationem forensem; Atqui illa vocabula הצדיק & *δικαιωσάτω* notant
 ejusmodi actum iudiciale: E. habent significationem forensem. Hinc
 meritò conquerimur de injuriâ Pontificiorum, & iniquâ cavillatione,
 quâ nobis affingere conantur, ac si statuamus, *Deum habere nos in judi-*
cio suo pro justis, cum simus injustissimi. Siquidem de justitia forensi no-
 bis sermo est, quæ satisfacit legibus, ut puniri quis nequeat. Frustra ergo
 Pontificii laborant, ut suam *justitiam* infusionem probent Sed abrumpere
 hinc cogimur spatio exclusi. Proinde quæ restant Consectaria & *usus* non
 deducere, sed adumbrare saltem vel indicare licebit.

63

CON

CONSECTARIUM II.

Non essentiali, sed meritoriâ Christi
justitiâ justificamur.

Constat illud ex vocibus: *justus servus Dei*, atque ex portatione *iniquitatis humane*. DEUS enim Christum hic nominando *servum suum*, multos justificaturum, eorumque *iniquitates portaturum*, clarissimè innuit, ad magnum mediationis & justificationis opus humanam quoque naturam requiri, adeoque Christum justitiâ meriti sui, hominibus per passionem & mortem acquisiti, multos justificare: juxta humanam enim naturam Christus est *servus*, *iniquitates hominum portans* & in carne Filius Dei pro peccatis nostris passus & mortuus est. Contra *Andr. Osiandrum*, qui eò processit dementiae, ut statueret, juxta divinam tantum naturam Christum nostram esse justitiam & mediatorem, adeoque nos essentiali divina, non verò meritoriâ Christi justitiâ justificari. Qui proinde in Form. Conc. Artic. 3. unâ cum *Francisci Stancarum* sententia rejectus est: hic enim *Stancarum Osiandrum* oppugnaturus, in alterum deflexit extremum, & Christum juxta humanam tantum naturam nostrum esse mediatorem & justitiam cum Pontificiis somniavit.

CONSECTARIUM III.

Non absolutâ Dei gratiâ, sed intuitu meriti Christi justificamur.

Dicimur enim hic justificari *per cognitionem Servi Dei*, *peccata nostra portantis*. Si vero per notitiam s. fidem in meritum Christi justificamur, utique non absolutâ Dei gratiâ, sed respectu satisfactionis s. meriti Christi remissionem peccatorum impetramus. Contra *Socinianos* asserentes, nos solâ Dei gratiâ & benignitate, nullius meriti interventu, justificari.

CONSECTARIUM IV.

Fides est justificationis nostræ causa
instrumentalis.

Nam dicitur h.l. disertè: *per cognitionem sui justus servus meus justificabit multos* i. e. per fidem, quæ à prima sui parte materiali vel gradu primo vocatur notitia, sicut & alibi in Scripturis voce notitiæ exprimitur Job. 19. 25. Joh. 17. 3. Ephes. 1. 27. Ebr. 11. 3. Quid vero præfixum ב in voce ברעהו aliud notat quem per i. instrumentum? Et hoc non tantum locus Chabac. 2, 4. voce באמונתו *per fidem suam justus*

Aut, vivet, sed & alla N. T. loca in quibus præpositio hæc idem significat Rom. 3, 22, 28. c. 4, 5. &c. confirmant, tum contra Pontificios contententes, fidem non per modum causæ instrumentalis, sed ut qualitatem aliquam nostram atque dispositionem nobis inhærentem justificare: tum contra Socinianos, qui fidem negant esse causam organicam justificationis; affirmant autem esse causam adjuvantem & sine qua non.

CONSECTAR. V.

Fides vero illa, per quam justificamur, non est nudus assensus; sed etiam notitia.

Quod adeo verum est, ut fides justificans h. l. a parte sui materiali dicatur *notitia*, per quam justificamur: non enim per nudam Christi notitiam justificamur; sed per eam, quam in voluntate sequitur fiducia. E. fides est notitia. Contra Pontificios, qui, ut commodius fidem suam implicitam s. Carbonariam (quod fidei monstrum D. Jac. Martini in Anticyram relegatum esse optat, in Disp. XIV. in A, C. quam Wittebergæ 1629. d. 13. Dec. Respondente Parente meo M. Job. Polzio habuit) tueri possint, fidem rectius per ignorantiam, quam per notitiam defini censeant. Vid. Bellarm. l. 1. d. justif. c. 7.

II. IN ARTICULO

De CHRISTI PERSONA, STATU & OFFICIO.

CONSECTAR. I.

Christus veram & integram assumpsit naturam humanam, quippe juxta quam est *servus Dei*, qui verè patièdo & morièdo peccata nostrà portavit. Contra Marcionitas, Valentinianos, & Manichæos &c. veram Christi humanitatem negantes.

CONSECTAR. II.

Et si Christus sine peccatis homo & justus est; peccator tamen etiam maximus censetur, quia in se peccata omnium omninò hominum suscepit portanda, imò & peccatum est 2. Cor. 5, v. ult. & κατὰ Gal 3, 10 contra Pontificios quosdam, qui Luthero dicam scripserunt, quod Christum peccatorem dixit.

CONSECTAR. III.

Licet idem Christus juxta humanam quoque naturam, vi unionis personarum, divinam possideret Majestatem; *servus* tamen factus est i. e. verè exinanitus, ut pati mori que posset, *servi* formam assumpsit, tantæque majestatis di-

vinæ

vinæ usu plenario se evacuavit, obediens factus Patri usq; ad mortem crucis,
 Phil 2. v. 6. 7. 8. Quemadmodum enim primi parentes nostri per rapinam as-
 sumere *ἰσὶσα θεῶν* voluerunt atque esse *ἰσὶθῆναι* h. e. sicut persone divine
 Gen. 3. v. 5. 22. ita Christus modo satis contrario, licet in forma esset Dei,
 noluit se Deo æqualiter gerere in gloriâ & Majestate, quam possidebat;
 sed assumere *ἰσὶσα δέλω*, servitute suâ mundum servaturus & liberaturus.
 Hæc tamen Exinanitio ejus non secundum divinam, sed humanam tantum
 naturam facta est, juxta quæ est *Servus* & quæ sola deteriorationis capax
 est. Contra *Sadeclem*, *Martinium* aliosque Reformatos quosdam,
 qui Christum secundum divinam naturam exinanitum statuunt.

CONSECTAR. V.

Chrisus ille justus Dei servus verè nostri loco pro peccatis nostris læsæ
 DEI justitiæ satisfecit. Disertè enim hic & in præcedd. dicitur ser-
 vus DEI, iniquitates hominum portasse. Hinc arguo: Quicumque ipse
 justus & innocens, destinato DEI consilio, aliorum peccata & peccato-
 rum pœnas, in se suscipiendo & portando, subit cruciatus & occidit, ut
 deperditam ipsis salutem restituat, is verè pro illis læsæ DEI justitiæ sa-
 tisfecit. De Christo minor ex h. l. & contextu v. 4. 5. 6. 9. clarescit.
 Major ex concessis Socinianorum certa est, qui ceteroqvi Christum in Ex-
 emplum tantum nobis passum esse, nec pœnas peccatorum in se recipien-
 do, pro peccatis satisfecisse nostris, impie contendunt.

II. USUS EPANORTHOTICO. PÆDEUTICUS,


1. Ne securi simus, qui peccatores & injusti sumus, sed spretis rebus
 mundanis, queramus justitiam in justo, omni studio percontantes; uti feram
 querit venator, lustrans indagine sylvas, ita nos Christi justitiam, ut nostra fiat.
2. Justi per fidem facti justitiæ studeamus: simus justi, quia ipse justus est.
3. Ut justitiam hanc consequamur & retineamus, cognitionem Christi secte-
 mur, Christum discamus, Christi merito confidamus, Christo adhæreamus,
 verbum ejus diligamus, in ipso vivamus, in ipso moriamur.
4. Non mundo, non carni, nec Diabolo, sed Deo, & proximo ser-
 viamus; quia Christus pro nobis Servus est factus, ut Domini essemus.
5. Crucem patienter feramus, quia Christus crucem pro nobis portavit.


III. USUS PARACLETICUS.


Peccatores quidem sumus, sed ne desperemus in peccatis, quia Christus pec-
 cata nostra & pœnas portavit, ut iusti essemus & beati. Proinde

LAUS, HONOR & JUSTO DOMINI SIT GLORIA SERVO!

(✠✠✠)







aus, vivet, sed & alla N. T. loca in quibus præp
cat Rom. 3, 22, 28. c. 4, 5. &c. confirmant, tum con
dentes, fidem non per modum causæ instrumentali
quam nostram atque dispositionem nobis inhæren
contra Socinianos, qui fidem negant esse causam org
affirmant autem esse causam adjuvantem & sine qu

CONSECTAR. V.

Fides vero illa, per quam justificat
nudus assensus; sed etiam i

Quod adeo verum est, ut fides justificans h.
dicatur *notitia*, per quam justificamur: non e
notitiam justificamur; sed peream, quam in vol
E. fides est notitia. Contra Pontificios, qui, ut co
implicitam s. Carbonariam (quod fidei monstrum
ticyram relegatum esse optat, in Disp. XIV. in A
1629. d. 13. Dec. Respondente Parente meo M. Jo
possint, fidem rectius per ignorantiam, quam per
sent, Vid. Bellarm. l. 1. d. justif. c. 7.

II. IN ARTICULO

De CHRISTI PERSONA, STATU CONSECTAR.


Christus veram & integram assumpsit naturam
quam est *servus Dei*, qui verè patiendo & m
portavit. Contra Marcionitas, Valentinianos, &
Christi humanitatem negantes.

CONSECTAR. I

Et si Christus sine peccatis homo & justus est
maximus censetur, quia in se peccata omnium
scepit portanda, imò & peccatum est 2. Cor. 5, v.
contra Pontificios quosdam, qui Luthero dicam
stum peccatorem dixit.

CONSECTAR. I

Licet idem Christus juxta humanam quoque natu
lis, divinam possideret Majestatem; *servus* tam
natus, ut pati mori que posset, *servi* formam assump



a signifi
conten
atem ali
c, tum
ationis;

materiali
Christi
Aducia.
m suam
in An
ttebergæ
(it) tueri
niri cen-

IO.

pepe juxta
ta nostræ
c, veram

en etiam
inum su-
Gal 3, 10
vob Chri

persona;
verè exi-
jestatis di-
vina